

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

arbitrium ad operandum bonum non solum primi peccati granditate
attenuatum ac infirmatum esse, verum etiam omnino extinctum, ut po-
te non nisi ad peccandum valens, quod tamen ab Ecclesia damnatum
est. Contro est 2^{do} quia homo in Statu naturali lapsa habet
eandem facultates, eundem modum operandi, et eandem vires, quas
habuisset in Statu naturae pura, ut communiter docent Doctores.
Atque in Statu naturae pura potuisset alioquin opus bonum mora-
liter absque gratia. Ergo etiam id poterit in Statu naturae lapsa.

Exercitatio XI.

190.

De gratia Sufficienti

Ad Cap. lect. 2. Trait. 4. Tom. 2. Theol. Univers.
n. 186. et seq.

Gratia Sufficientis vi nominis est ea, quae Sufficit ad opus bonum,
usu vero, seu in sensu Theologico, et prout distinguitur ab efficaci,
gratia Sufficientis ea dicitur, quae dat posse operari.
Circa Gratiam Sufficientem nonnulla hic veniunt in questionem,
praeipua tamen difficultas in hoc versatur, an Deus omnibus omnino homi-
nibus gratiam Sufficientem in ordine ad eorum salutem largiatur: put
enim graves Theologi, inter quos etiam recensentur Bellarminus
ac Cajetanus, qui docent, non omnibus semper concedi auxilia suf-
ficientia. An id convenienter operatur modo est elucidan-
dum. Breviter tamen ad hujus questionis plenioram notitiam qua-
dam de divisione Gratiae in Sufficientem et efficacem hinc pra-
mittenda.

191.

S. I.

Utrum gratia actualis convenienter dividatur
in Sufficientem et efficacem.

Not. 1^o Gratia Sufficientis sumi potest vel ad mentem Molinistarum,
vel ad mentem Thomistarum: priori modo sumta dicitur Aux-
ilium, propter quod ex parte Dei alio opus non est homini, ut actu ope-
retur, sed, quod in idem redit, cujus usus vel abusus, ut nempe sit effi-
cax vel inefficax omnino pendet à libero voluntatis arbitrio. Se-
cundo modo sumta dicitur Auxilium, quod ita tribuit posse, ut ta-
men homini alio ex parte Dei opus sit ad actu operandum; sed, quocum-
que potest homo bene operari, nunquam tamen bene operatur, nisi novum
ex parte Dei auerdat efficacem physicam promovens auxilium.

Not. 2^o Gratia efficax ea est, quae infalibiler infert consentium,
seu quo infalibiler connectitur cum operatione, et ut ait S. Au-
gustinus lib. de praedest. S. c. 9. quo à nullo corde respicitur, idè quip-
pe tribuitur, ut devotio cordis penitus auferatur. His ita praestatis

Dicimus concedendam esse partitionem auxilii specialis in Suf-
ficientis et efficaci. Ita communis Theologorum contra Calvinum et Jan-
senium docentes in Statu naturae lapsa omnem gratiam esse effica-
cem. Item etiam contra Pelagianos, qui à contrario existima-
bant ipsum liberum arbitrium esse Sufficientis auxilium ad salutem.

Prob. 1^o De Gratia Sufficienti, ex illo Stat. S. Quid est, quod dicitur

6. Col.
p. 174.

vere vinea mea, et non feci ei. Hi, qui sic reprehenduntur, procul dubio non habuerunt gratiam efficacem, quae, ut ait S. Augustinus loc. cit. a nullo respicitur, corda, habuerunt tamen gratiam sufficientem, per quam converti possent; alioquin non verè diceretur, quid ultra debui facere p. Item ex illis Act. 4. Vos semper Spiritui sancto resistitis. Satis invidetur, quibusdam inspirari bona desideria, et ita inspirari, ut converti possint. Item ex illo Matth. 22. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Super quo textu S. Augustinus lib. 1. q. 2. ad Simplian. sic loquitur: Si vocatio ista est affectiva [i.e. officiosa] bonae voluntatis, ut omnis vocatus eam sequatur, quomodo verum erit, Multi vocati, pauci electi.

Prob. 2^o De gratia efficaci, ex illo Joan. 6. Omnis, qui audit à patre, et didicit, venit ad me. Quod si omnis, qui audit et discit à Patre, venit ad Christum, nullus est, qui audiat et discat, qui non veniat. Est igitur quaedam vox Patris intus loquentis, quae infallibiliter trahit ad Patrem, et hanc vocamus gratiam efficacem. Prob. etiam ex illo Ezech. 36. Spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam, ut in praeceptis meis ambulatis. Ubi, quia de gratia efficaci sermo est, non dicit Dominus, faciam, ut in praeceptis meis ambulare possitis, sed faciam, ut ambulatis, et quidem infallibiliter: si enim Deus vos ambulaturos aperit, etiam infallibiliter ambulabunt; promissio Dei enim falli nequit.

Confirm. utroque membrum ex S. Thomâ hie q. 112. a. 2. ad 2. ubi sic ait: Contingit quandoque, quod Deus movet hominem ad aliquod bonum non tamen perfectum, et talis preparatio praecedit gratiam, sed quandoque statim perfecta movet ipsum ad bonum, et subito homo gratiam suscipit. Quibus verbis S. Doctor admittit gratiam quandam moventem et applicantem ad actus imperfectos, et preparantem ad perfectiores, quam S. Augustinus vocat adjutorium sine quo, Thomista vero auxilium sufficientem: aliam moventem et applicantem ad actus perfectos, atque efficientem perfectam conversionem et justificationem, quam S. Augustinus adjutorium quo nuncupat, Thomista vero auxilium efficax.

Clarior adhuc loquitur S. Thomas lect. 2. in c. 3. Ep. ad Ephes. ubi, humili autem, inquit, auxilium duplex fuit: unum quidem ipsa facultas exequendi, aliud ipsa operatio actualis: facultatem autem dat Deus infundendo virtutem et gratiam, per quas efficitur homo potens et aptus ad operandum: sed ipsam operationem, in quantum operatur in nobis interior movendo, et instigando ad bonum; et idcirco hoc accipiens Apostolus à Deo, dicit quantum ad primum: Dico quod factus sum minister, sed certe non meis meritis, nec virtute propria, sed secundum donum gratis, quae data est mihi, quâ saltem est idoneus efficior ad executionem divinatorum mysteriorum, p. quantum autem ad secundum dicit: Secundum operationem, quam Deus efficit, in quantum virtus ejus operatur in nobis velle et perficere.

Hic S. Thomas videtur aperte eodem proorsu sensu gratiam sufficientem huncere, quæ sensu hodie à Thomistis docetur: ait enim quod dum esse auxilium, quod tantum dat posse operari, et aliud, quod

7. Or.
p. 175.

dat solum actu operari; quae est ipsamet doctrina Thomistarum.

Unde observandum venit, quod assertio nostra dicitur intelligenda sit de partitione gratiae sufficientis et efficaci in sensu Thomistico, non vero in sensu Molinistico; nam in hoc sensu non apparet bonam esse divisionem gratiae in sufficientem et efficacem; quia si prae gratiam efficacem daretur gratia ista sufficientis, ut ex parte Dei alia ad actu operandum non requireretur, sequeretur id gratiam per se efficacem esse omnino inutilem ad operandum, autem non nisi nomine tantum esse efficacem. 2^o. Humanam voluntatem per suum consensum effecturam, ut huiusmodi auxilium sufficientis fieret efficax, quod admitti nequit, ut ostensum est in Exercit. de Scientia media, et seq. Exercit. pluribus palam fiet.

Huius Molinisticae sententiae falsitatem perspicuam habuit Claudius Aquaviva Societatis Jesu Praepositus Generalis; unde et eam prohibuit à suis doceri post habitas Congregationes de Auxiliis an. 1613. quam prohibitionem renovavit Mutius Bicolomini alter ejusdem Societatis Praepositus.

192. Solvuntur Objectiones, et potissimum Contra gratiam sufficientem Thomistarum.

Omnis gratia actualis est efficax. Ergo gratia gratum faciens in sensu Thomistico tantum sufficientis esse nequit. Prob. ant. Omnis Dei motus est efficax. atque omnis gratia actualis est Dei motus. Ergo p. Prob. maj. quod est à Dei voluntate est semper efficax; alioquin Dei voluntas non semper impletur, quod est contra S. Thomam 1. p. q. 19. a. 6.

Ante responsionem Not. apud Thomistas gratia sufficientis nomine idem venit ac gratiam excitantem, cujus duplex est distinguendus effectus: unus proximus, debilis, imperfectus, p. ad quem absolutam et consequente Dei voluntate destinatur; alter ultimus, plenus ac perfectus, ad quem ultimatò tendit et ordinatur. Omne auxilium, inquit Alvarez lib. 3. de Auxil. c. 17. n. 3. sufficientis comparatione unius actus semper est efficax respectu alterius, ad quem efficiendum Decreto absolute divinae voluntatis destinatur, ut v. g. auxilium sufficientis ad actum Fidei efficaciter producit in homine pias cogitationes et notitias credendorum, vel pia desideria habendi fidem, et alios huiusmodi actus imperfectos. Et hoc quidem non solum constat ex textu S. Thomae; in loco supra relato, verum etiam sic probatur ab eodem Alvarez n. 5. ubi Deus, inquit, per auxilium sufficientis excitat animam, ut supra dictum est; sed implicat contradictionem, quod anima excitetur formaliter nisi per actum vitalem s. e. elicatum, cum ejusmodi excitatio sit vitalis, qua sine actu vitali fieri non potest; ergo auxilium sufficientis semper producit in homine aliquem actum vitalem, saltem inde liberatum; ergo comparatione illius tale auxilium semper est efficax.

8. 62.
p. 174

Fam in forma Resp. ad 1^{um} neg. ant. ad 2^{um} neg. maj. ad 3^{um} dist. maj. quod est à Dei voluntate semper est efficax vel respectu effectus perfecti vel imperfecti, conc. semper respectu effe-

tus perfecti, neg. maj. Unde respectu illius gratia erit mere suffi-
ciens. Solutio patet ex dictis.

Ob. 2.º Gratia, que dicitur sufficiens ad operandum in sensu 193.
Thomistarum, est tantum nomine sufficiens. Ergo p. Prob. ant.
Nomine auxilii sufficientis apud omnes communiter intelligitur id,
quod se solo sufficit, et proter quod nihil ultra requiritur ad operan-
dum. Atqui in sensu Thomistarum proter auxilium sufficiens
requiritur adhuc aliud, per quod potentia applicetur ad agendum.
Ergo p.

Resp. ad innum neg. ant. ad 2.º Dist. maj. Nomine auxilii
sufficientis intelligitur id, proter quod nihil aliud requiritur, ut
effectus sequi possit, concl. ut se ipsa fieri possit, neg. maj. vel
aliter Dist. maj. Nomine auxilii sufficientis apud omnes plebejos
et grammaticos communiter intelligitur id, quod se solo sufficit p.
trans. Apud omnes Theologos, specialiter apud S. Augustinum,
et S. Thomam, neg. maj. p.

Inst. 1.º contra innum resp. Vel potentia, quam habet voluntas ad
operandum adminiculo gratia sufficientis est proxima, vel est so-
lum remota? Si hoc, ergo voluntas non erit proxime expedita
ad operandum, nec proinde libera: Si illud, ergo aliis opus non
est, ut actu operetur, potentia quippe proxima seu proxime expe-
dita est ea, cui nihil deest ad actu operandum.

Resp. Potentiam illam si gratia sufficientis fieri proxi-
mam seu proxime expeditam ad operandum; nam illa poten-
tia dici debet proxima, que habet omne id, proter quod
aliud non requiritur, ut voluntas possit bonum operari; sic
pictor dicitur habere potentiam proximam ad pingendum,
cum habet omne id, proter quod nihil aliud requiritur,
ut possit pingere, quamvis actu et de facto non pingat de-
fectu alijus, quod ex parte potentie non se tenet. Atqui
proter gratiam sufficientem aliud auxilium non requiritur,
ut voluntas possit, quamvis actu cum ea non operetur; gra-
tia quippe sufficiens habet ex parte potentie seu principii
quidquid necessarium est, ut homo possit agere, tametsi indi-
geat promerente gratia, ut actu agat. Ergo p.

Ad prob. argumenti neg. quod sola illa potentia dici debeat
proxima, cui nihil deest ad actu operandum, sed sufficit, ut
modo dictum est, si nihil deest ex his, que necessaria sunt ad
pope operari.

Confirm. hoc resp. auctoritate Concilii Tridentini Sess. 6. c. 11.
Definientis homini justo Dei precepta neutiquam esse impossi-
bilia, Nemo inquit ibid. 1. Debet temeraria illa et à Patribus
sub anathemate prohibita voce uti, Dei precepta homini jus-
tificato ad observandum esse impossibilia. Ergo nec preceptum
perseverandi contentum in Apor. c. 20. Esto fidelis usque ad
mortem. Item Joan. 15. Sic dixite, ut comprehendatis, est homi-
ni justo ad adimplendum impossibile. At eadem Synodus
Sess. 6. c. 15. Dolet justis omnibus non comedi illud magnum

P. 2. p. 177.

donum perseverantiae, quod ad actu perseverandum necessari-
um est, quodque non est in hominis, sed in solius Dei potesta-
te; est enim aliquod speciale donum ab alio gratia auxili-
is distractum. ac proinde eadem S. Synodus supponit, quod
homo justus potentiam proximam habeat ad perseverantia-
praecceptum adimplendum, quamvis ei denegetur magnum per-
severantia donum ad actu perseverandum; si enim homo justus
absque ejusmodi dono solium remotam habeat potentiam ad
perseverandum, tunc eo ipso Deus praeciperet impossibilia, si-
licet ob defectum libertatis; quia ipsius adversarii contendunt,
quod voluntas remota solium immota potentia ad operandum
non sit libera.

Frateria hic modus loquendi apud Congruistas etiam locum
habet; hi enim docent, quod voluntas ad actu operandum opus
habeat auxiliis, quod Deus largiatur in illis circumstantiis, in
quibus per Scientiam mediam praevideat eam consentaneam. Et
nihilominus, inquirunt illud auxiliium seu illam gratiam
congruam, instante praeccepto non dari omnibus justis, quam-
vis, ut volunt, habeant potentiam proximam et proximè ex-
peditam ad implendum praecceptum. Unde omnes fore adver-
sationum Objectiones, quibus Thomistas impetunt, in Con-
gruistas regeri possunt.

Inst. Illa potentia, quam tribuit gratia sufficiens, est tan-
tum ad aliquid chimerium. Ergo p. Prob. ant. Quia non po-
test assignari actus neque objectum talis potentiae. Ergo p.

Resp. ad junctum neg. ant. ad 2^{um} iterum negant. et dicimus,
quod objectum hujus potentiae sit actus ut possibilis, non tamen
hic et nunc ponendus. Sic Christus veram habuit potestatem
seu potentiam non moriendi, cui tamen potentia tanquam
objectum non respondebat exentio a morte ut actu ponenda
sed tantum ut possibilis. Imò dici potest, quod potentia,
quam tribuit gratia sufficiens correspondeat perfectus actus
semper ponendus, si voluntas iniqua non sit; quinimò huic
potentiae semper actu correspondent actus imperfecti, ut supra
diximus; ergo falsum est, quod sit ad aliquid chimerium.

194 Ob. 3^o. Gratia sufficiens datur non tantum ut homo possit ob-
servare mandata Dei, sed etiam ut illa se ipsa observet; datur
quippe, ut homo id faciat, quod Deus praecipit. Atqui Deus non
praecipit homini, ut possit observare, sed ut se ipsa observet hu-
jusmodi praeccepta; praecceptum quippe, ut et ipsius transgressio
non cavet supra potentiam sed supra actum ipsum, vel illius de-
fectum: homo namque non ob aliam causam punitur, quam
quia transgreditur mandata, quae servare poterat. Ergo gratia
sufficiens non tantum debet dare posse, sed etiam actu operari;
alioquin stante carentia auxiliis efficacis, impossibile erit adim-
pletio praeccepti.

Resp. neg. maj. et ejus prob. Quia gratia, quae dat, ut homo
actu operetur ac se ipsa observet praeccepta, juxta S. Augustinum

et S. Thomam supra relatos nunquam efficax, non vero suffici-
ens; haec quippe in ipsorum doctrinâ dat tantum posse operari.
 Neque enim inferri potest, quod ergo, stante carentiâ auxilii effi-
 cax, impossibilis sit adimpletio praecepti; nam contra est, quod
 obligatio ad operandum inducitur ex sufficienti auxilio non vero
 ex efficaci; ex efficaci namque inducitur adimpletio, non autem
 obligatio; quia efficax non dat virtutem nec posse, sed applicatio-
 nem; at sufficientis dat posse, ex quo sequitur obligatio. Contra
 poenitio fundatur super obligatione et posse, quia inde sequitur
 culpa, si non faciat; non vero supra ipsum actum vel defectum
 illius; non enim plectitur transgressor praecepti, posito, quod illud
 servare non potuerit.

Just. 1.º. Ut homo violando praeceptum justè puniatur, necesse
 est, ut sit in potestate hominis tale auxilium efficax aut imme-
 diatè aut mediatè; si enim absque suâ culpâ tali auxilio pri-
 vetur, nec ablatum penes ipsum sit illud obtinere, quomodo
 reus erit culpa et poena? Atqui non est in potestate hominis
 habere illud auxilium efficax. Ergo propter ipsius carentiam
 puniri non debet, punitur tamen, quia deficiente auxilio effi-
 cax fit transgressio praecepti, quae subiacet poena.

2. Col. p. 178.

Resp. 1.º. neg. suppos. Sicut gratiam sufficientem nunquam
 cum assequi effectum, ad quem à Deo conceditur; quia quando
 illi non resistitur, nec voluntas creata ipsi non deest, effec-
 tum suum ultimum sortitur; quamvis fatendum sit ad gra-
 tiam efficacem pertinere, ut voluntas gratia sufficienti non
 deest, nec iniqua sit.

Resp. 2.º. Quod voluntas adjuncta auxilio sufficienti possit ad-
 implere praeceptum. Undè quod illud non adimpleat, oritur
 ab ipsamet voluntate, quae liberimè non vult illud adim-
 plere.

Quod si queras, cur non velit? Resp. id certè
 non fieri, quia auxilio efficaci destituta est: sicut si quera-
 tur, cur infirmus non ambulet? non est dicendum id fieri,
 quia à Medico curatus non est, sed potius quia defectum habet
 impedi, p. Sicutiam respondendum est: voluntatem gratiâ
 sufficienti corroboratam idè nolle observare praeceptum, aut exe-
 qui bonum opus, è quod iniqua sit; iniqua autem est, quod
 res temporales magis quam Deum amet ac amare velit.

Just. 2.º. Ex hoc sequetur hominem propria suâ culpâ pri-
 vari gratiâ efficaci. Saltem hoc consequens. Ergo. Prob.
min. Quia si propria suâ culpâ privaretur huiusmodi auxilio,
 tunc non nisi propter aliquod procedens peccatum. Atqui in ho-
 mine v. g. Baptisâ regeneratò, item in primò homine et An-
 gelò carentiam auxilii efficaci nullum praecepit peccatum.

Ergo. p.
 Resp. verissimam esse Maj. argumenti, eamque docet S. Au-
 gustinus lib. 2. de peccat. merit. et remis. c. 17. Ubi, Nolunt,
inquit, homines facere, quod justum est, sive quia latet,

an justum sit, siue quia non delectat.... Ut autem immutetur
quod latebat, et suave fiat, quod non delectabat, gratia Dei
est, quae hominum adiurat voluntates, quae ut non adjuven-
tur, in ipsis itidem causa est, non in Deo, siue damnandi pado-
tinati sicut propter iniquitatem superbia, siue contra ipsam
suam superbiam iudicandi, p. Cui concordat S. Thomas
lib. 3. cont. gent. c. 159. ubi ait hominem impedimentum presta-
re gratiae receptioni, atque adeo ei in culpam verti, quod ea
privetur. Accedit etiam auctoritas Concilii Tridentini sess.
6. c. 13. Unde in forma conc. maj. neg. min. ad ejus
prob. conc. maj. ac rursus neg. min. Nam 1^o in homine per
Baptismum regeneratio procepit saltem peccatum originale,
quod Deo sufficiens motivum est denegandi gratiam efficacem.
Neque dicas: In regeneratis nihil odit Deus, quia nihil dam-
nationis est in eis, ut ait Concil. Trid. Sess. 5. can. 5.

Nam contra est 1^o quod iste Canon sic intelligi possit,
nimirum, quod nihil personaliter damnationis sit in renatis,
et quod, quicquid personaliter ipsos iniecit in sua natiuitate, to-
taliter sit remissum; non autem quod nihil damnationis sit
in eis, quatenus communiter cum toto humano genere in illa
modo contenti spectantur; alioquin reprobi Baptismo rege-
nerati essent a damnationis massa liberati.

Contra est 2^o quia Deus non punit peccatum per Baptisma
remissum privatione gloria aut gratiae sanctificantis, aut
etiam gratiae actualis sufficientis; justum quippe non dese-
rit, nisi prius ab ipso deseratur; et sic verissimum est in re-
natis nihil damnationis esse; attamen non impedit, quin
Deus huiusmodi renatis denegat auxilium efficacem ad superan-
dam quandam torordiam, negligentiam, aliumve animae de-
fectum; natura enim humana per Baptismum non sanatur
a defectibus suis; unde, cum sit defectuosa, in ejusmodi ne-
cessitate proinde a Deo per denegationem auxilii
efficacis merito permitti possunt; quia sic erigit natura ad vo-
luntas hominis. Jam hisce negligentis, torordis, aliisque
huiusmodi navis, licet levibus, sapere tamen movetur Deus, ut
denegat gratiam efficacem urgente tentatione ac instante
precepto, solum concessa gratia sufficiente. Ex quo palam
fit, hominem non nisi ob praecedentem culpam privari auxi-
lio efficaci, cum instat grave preceptum; unde verissimum est
id quod Osee: Perditio tua est te Israel, in me tantummodo
auxilium tuum.

bono in primo homine et angelis comitatur saltem culpa
denegationem auxilii efficaciis, imo in aliquo genere causa
saltem materialis etiam praecedit, quod sufficit, ut dicatur
homo impedimentum voluntarium ponere Deo etiam respec-
tu prima denegationis auxilii efficaciis: nam re vera, quan-
do denegatur homini auxilium efficacem, ex parte ipsius ho-

3. Col. p. 179

hominis datur peccatum vel inconsideratis, et utrumque est volun-
tarium, sique voluntarium impedimentum concomitantur ha-
bet. Quod vero in aliquo genere antecedat, patet, quia ad quod-
cumque peccatum et requiritur permisso ex parte Dei, et sequi-
tur ex parte hominis defectus seu lapsus ex defectibilitate propria,
quae vult in nihilum et defectum, sicut ex absentia Solis lucem pe-
nentis aer ex propria natura fit tenebrosus.

Quando autem dicitur nostrum defectum in genere causa dispositi-
va et materialis precedere ipsam denegationem auxilii, non intelli-
gitur precedere per modum dispositionis antecedentis, sicuti dis-
positiones remota praecedunt formam, v.g. calor vel licuitas igne,
sed eo modo, quo ipsa corruptio unius forme et generatio alterius se
invicem praecedunt, quia corruptio est velut dispositio praecedens
introductionem forme; nam non nisi in subiecto, quod formam
cavet, opposita introduitur, licet in genere formali seu
effectivo generatio sit prior, et ad eam sequatur corruptio: sic
denegatio auxilii non nisi in subiecto deficiente est non ante
deficientiam, et tamen defectus sequitur ad negationem auxi-
lii.

Confirmatur hoc alia paritate: v.g. potest homo per actus
contritionis et dilectionis Dei se reddere dispositum ad recipien-
dam gratiam sanctificantem illam ipsam, a qua illi actus pen-
dent in genere causa efficientis. Ergo etiam poterit quis per
omissionem eorundem actuum, quando sunt praecipiti, se red-
dere indispositum ad recipiendam gratiam auxiliantem illam
ipsam, quae ad hos actus necessario praerequiritur intra genus
causa efficientis. Atqui hoc est impedire auxilium efficax
per omissionem culpabilem illorummet actuum praecipitorum,
ad quos habetur carentia huiusmodi auxilii. Ergo p.

Inst. 3^o Vel homo impedit auxilium efficax non operando cum
auxilio sufficienti, vel apponendo obviam peccati. Non primum;
quia sine pravâ applicatione et promotione operari non potuit.
Non secundum; quia neque actum peccaminosum elicere valet ho-
mo nisi praedeterminatus ad materiale peccati; et hoc praedetermi-
natione semel posita abstinere a peccato non potuit.

Resp. Utrouque modo fieri. Unde ad primum probationis mem-
brum neg. quod homo sine pravâ applicatione operari non
potuerit; non enim promotio datur ad posse, sed tantum ad ipsum
operari. Ad secundum prob. membrum Resp. 1^o cum dis-
tinctione: praedeterminatione posita ad materiale peccati ho-
mo abstinere non potest a peccato in sensu composito ac poten-
tia consequente, con. potentia antecedente et in sensu diviso,
neg. Sicut enim praedeterminatus ad materiale peccati adhuc
retinet potentiam ad oppositum, ita hoc ipso etiam retinebit
potentiam ad oppositum ipsi peccato. Unde solum est, quod sim-
pliciter non possit abstinere a peccato.

4. Col. p. 100

189
Resp. 2^o. Iniquam hanc officit doctrina proposita, quod homo in ac-
tum defectivum proire nequeat nisi promovente Deo: nam quantum-
vis efficaciter promoveat, non tamen ipse Deus sed liberi arbitrii de-
fectibilitas causa est, ex huius motu defectus admittatur; ex
parte creatura enim oritur, ut potius determinetur ad malam ac-
tionem; Deus namque hanc nunquam determinat ad materiale
peccati, nisi prius creatura quodammodo se determinaverit ad for-
male; ut enim Deus est primum efficiens, sic creatura primum
deficiens; et ideo licet ipsa sibi non sit prima causa efficiendi, sibi
tamen est prima causa deficiendi, quovis tandem modo id explicetur.
Unde si spectatur actio, quae mala est, prius est a crea-
tura, nec Deus ad materiale influit, nisi quia creatura sic exigit.
His ita promissis ac stabilitis modo expendendum, an omnibus den-
tur media ad salutem sufficientia.

195.

§. II.

Proponuntur ac solvuntur argumenta affirman-
tium Deum nunquam ulli denegare media seu
auxilia sufficientia ad salutem.

Gratia sufficientis juxta hos Doctores omnibus pro loco et tempo-
re praesto est, 1^o quidem parrulis etiam in utero materno de-
dentibus. 2^o Infidelibus praecipue ad conversionem. 3^o Pec-
catoribus induratis ad poenitentiam. 4^o Denique Justis ad man-
data Dei observantiam. Haec per ordinem expendun-
da veniunt, semper praeposita argumentis propositione vitan-
da obviatatis et confusionis gratia.

196.

Propositio I^a ma

Deus omnibus parrulis media ad salutem consequendam suffici-
entia preparavit, ac de illis applicandis sufficienter, quantum est
eale, providit.

Argumenta, quibus haec propositio probatur, potissimum ex S. Scrip-
tura repetuntur. 1^o ex illo Tim. 2. Qui Deus vult omnes ho-
mines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Ex quo sic
arguitur: Deus vis tribuit auxilia sufficientia ad salutem, quos
vult salvos fieri; nam qui vult alicui finem, vult et ipsi media,
quibus illum adipisci possit. Atqui Deus vult parrulos omnes
salvos fieri; quia vult omnes homines salvos fieri, ut jam dictum
est ex Apostolo. Ergo p.

Resp. 1^o Gratiam sufficientem vitam esse in illustratione in-
tellectus ac piis motionibus voluntatis, quorum donorum incapaces
sunt infantes in utero materno inclusi, ac proinde gratiam suffi-
cientem habere nequeunt ad salutem.

Resp. 2^o Textum Apostoli variam suscipere interpretationem.
Dicendum, inquit S. Thomas 1. p. q. 19. a. 6. quod illud verbum Apo-
stoli, quod Deus vult omnes salvos fieri, p. potest tripliciter intelli-
gi. uno modo, ut sit accommodata distributio secundum hunc sen-
tum: Deus vult salvos fieri omnes homines, qui salvantur, non
quia nullus homo sit, quem salvum fieri non velit, sed quia nullus
salvus fit, quem fieri salvum non velit, ut dicit Augustinus. 2^o

191 9. 8. 4

potest intelligi, ut fiat distributio pro generibus singulorum et non pro
singulis generum, secundum hunc sensum: Deus vult de quolibet sta-
tu hominum salvos fieri viros et feminas, Judaeos et gentiles, par-
vos et magnos, non tamen omnes de singulis statibus. 30. Secun-
dum Damascenum intelligitur de voluntate antecedente non de vo-
luntate consequente, quae quidem distinctio non accipitur ex parte
ipsius voluntatis divinae, in qua nihil est prius vel posterius, sed
ex parte volutorum.

S. Col. p. 181.

Utra ex his tribus expositionibus à S. Thoma adductis eligatur, nil
ex iis elici poterit ad gratiam sufficientem pro parvulis, qui sine
Baptismo moriuntur, probandam. Et quidem de 1^a et 2^a per se
constat. De 3^a autem sic probatur: Voluntas antecedens est tan-
tum voluntas signi, ut vult Scotus, quae potest subsistere absque eo, quod
de medijs ad salutem necessarijs fiat provisio ac ordinatio, quod patet
ex definitione hujusmodi voluntatis: est enim voluntas signi qua-
dam divina voluntatis declaratio per aliqua signa extrinseca.
Dato tamen, quod voluntas antecedens sit voluntas beneplaciti, in-
de tamen inferri nequit auxilia sufficientia ijs dari, quos Deus hoc
duntaxat voluntate vult salvos fieri; siquidem ea voluntas Deum
non movet, ut conferat actu dona, aut actualiter de iis provideat,
sed solum efficit, ut re vera ea esse collaturus, nisi obstaret ini-
quitas creaturae.

Argumentum alterum petitur ex alio textu ejusdem Epis-
tola 1. ad Tim. c. 2. nempe: Christus mortuus est pro omnibus
hominibus. Ergo etiam pro parvulis; ac proinde confert ac-
tu gratias sufficientes.

Resp. concl. ant. neg. cons. Quamvis enim ex morte Chris-
ti et ex voluntate illius antecedente colligi possit omnibus
preparata fuisse media, quae ad salutem sufficienter, colligi tamen
non potest ea media omnibus actu conferri: Si vero, inquit ca-
tech. Rom. ejus virtutem inspiciamus, pro omnium salute san-
guinem à Salvatore effusum esse fatendum erit; si fructum, quem
ex eo homines percipiunt, cogitemus, non ad omnes sed ad multos tan-
tum eam utilitatem pervenire facile intelligemus. Eodem
spectant haec verba Concilii Trid. Sess. 6. c. 3. Verum etsi ille pro
omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium re-
cipiunt, sed ii duntaxat, quibus meritum passionis ejus commu-
nicatur.

Argumentum 3^{ium} peti solet ab auctoritate S. Prosperi, qui
lib. 2. de vocat. gent. c. 20. sic ait: Non in religione arbitror
credi, neque inconvenienter intelligi, quod isti paucorum dierum
homines ad illam pertineant gratia partem, quae semper uni-
versis est impensa nationibus; quae utique si bene eorum ute-
rentur parentes, etiam ipsi per eorundem jura ventur.

Resp. S. Prosperum hic non loqui de omnibus omnino parvulis, sed
de iis, qui aliquandiu vivunt, quos appellat paucorum dierum
homines, et quibus parentum diligentia subveniri potest. At

presens difficultas versatur praecipue circa infantes, qui in utero materno decedunt.

197.

Propositio 2da

Auxilium sufficiens ad salutem pro loco et tempore etiam infidelibus datur.

Argumentum 1^{um} ad tuendam hanc propositionem desumitur ex 3. Scriptura 1^o ex illo Joana .i. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 2^o ex 1. Tim. 4. Cui est salvator omnium hominum, maxime fidelium.

Resp. ad 1^{um} Sententiam ibidem non esse ad propositum; nam certum est, quod infideles non illuminantur, sed neque illuminari possunt, quamdiu lumen Evangelii defectu annuntiationis eis non probatur, quod certe multis contingit, ac proinde isti destituti sunt gratia sufficienti ad salutem. Eadem est responsio ad 2^{um} Sententiam.

6. Col. p. 182 Argumentum 2^{um} sumitur ab auctoritate S. Thomae 1^o 2. 2. 12. Ep. ad Heb. Cetero. 3. ubi, gratia, inquit, mihi deest, sed omnibus, quantum in se est, se communicat. Et 1. p. q. 49. a. 2. ad 3. sic loquitur: Deus non deficit ab agendo, quod est necessarium ad salutem.

Resp. S. Thomam tantum velle, Deum per voluntatem antecedentem deputat offerre seu preparare auxilia ad salutem sufficientia; nam pro omnibus instituit Sacramenta in Ecclesia, et pro omnibus Christum misit, p. non tamen dicit, illa media et auxilia per voluntatem ibidem generalem omnibus esse applicata.

Argumentum 3^{um} petitur ex eo, quod Inquisitores Romani die 7. Decemb. an. 1590. coram Alexandro Papa VIII. damnaverint hanc propositionem: Paganis, Judaei, Haeretici, alique huius generis, nullum omnino accipiunt à Jesu Christo influxum; adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam, inermem, sine omni gratia sufficienti.

Resp. 1^o Hanc propositionem potuisse absolute damnari ratione Judaeorum, Haeticorum, p. quamvis respectu Paganorum vera sit. Haec enim propositio duabus partibus constat: ut igitur damnaretur, satis fuit, ut sit falsa quoad unam partem, quamvis vera sit quoad aliam.

Resp. 2^o Nomine Paganorum in illa propositione intelligi eos, sive aliquid de Evangelio audierint sive non. At Nos, inquit, adversarii, contendimus illis tantum Paganis non dari gratiam sufficientem, quibus veritas Evangelii annuntiata non fuit.

Argumentum 4^{um} hac triplici propositione conficitur: 1^o Deus impossibilia non jubet. 2^o Nemo peccat in eo, quod cavere non potest. 3^o Peccant Infideles, quando mandata Dei animo deliberato transgrediuntur. Atqui nisi dentur Infidelibus gratia sufficientes, praecepta Dei eis erunt impossibilia, et peccabunt in eo, quod vitare non possunt: nam, ut praecedenti Enervatione sufficienter innuimus, mandata etiam naturalia, si sint difficiliora, absque gratia servari nequeunt. Ergo p.

Resp. Infideles, tametsi omni gratia destitutos | idem dicendum de
obduratis et excoctis: peccare etiam in eo, quod vitare non possunt,
quando illa impotentia oritur ex culpa. Atque in Infideles, qui desti-
tuntur potentia proxima ad observanda precepta ob defectum
auxilii sufficientis, idcirco ea privantur, quia apponunt impedi-
mentum vel per peccatum actuale vel saltem per peccatum origi-
nale.

Propositio 3^{ta}

198.

It

Nulius est peccator etiam inter induratos et excoctos, cui idem
pro loco et tempore non detur auxilium sufficientis tum
ad poenitentiam agendam, tum ad tentationem vincendam.

Argumentum 1^{um} petitur ex S. Scriptura. 1^o ex illo Isai. 5.
Quid ultra debui facere vinea mea, et non feci? Hinc objur-
gationi possent respondere peccatores, Debitis nobis gratiam
largiri, quia possemus agere poenitentiam ac vincere tenta-
tiones.

Resp. Al. Excoctos peccatores non posse id Deo objurganti
respondere; quia Deus gratiam nulli debet, praesertim is, qui
se per multa flagitia indignos reddiderunt, quibus, ut praecedenti
propositione dictum, apponunt impedimentum gratiae recep-
tioni.

2^o Denuntur ex illo Prov. 1. Vocavi et non misistis, extendi ma-
num meam, et non fuit qui aspiceret. Item ex illo Apoc. 3.
Eue esto ad ostium et pulset; si quis aperuerit mihi januam, introi-
bo.

Resp. Loca ista intelligi de vocatione per auxilia extrinse-
ca, puta per exhortationes, p. dato tamen, quod intelligi de-
beant de gratia interna, non tamen probant eam vocatio-
nis speciem peccatoribus obcoctis praesentem esse, quoties
urget tentatio, aut adimplendum est aliquod preceptum,
sed tantum quod in aliquando in vita, praesertim antequam
in excoctationem inviderint, aliquos divinae gratiae motus
experiri sint.

7. Col. p. 183,

Eodem modo respondent ad auctoritatem Concilii Clo-
niensis, quod in Enchiridio de Sacramento poenitentiae
sic loquitur: Nulius est peccator tam sceleratus, cui Deus
quoad in hac vita superstes fuerit, hanc gratiam penitus
subtrahat.

Argumentum 2^{um} petitur ab auctoritate Concilii
Senonensis an. 1528. part. 13. in Decretis fidei c. 15. ubi sic
ait: Neque tamen tanta gratiae necessitas libero pro-
judicat arbitrio, cum illa semper sit in promptu nec
momentum quidem protereat, in quo Deus non stat ad
ostium, et pulset.

Resp. 1^o Hoc Concilium fuisse tantum provinciale

nec à Sede Apostolica confirmatum, ac proinde ejus definitiones sine timentatis nota à Catholicis negari seu negligi posse.

Resp. 2^o. Verba Concilii necessario debere explicari et cum aliqua restrictione intelligi; nam certum est, quod non semper illos pro motus sentiamus, in quibus tamen consistit gratia sufficiens. Unde ea verba intelligenda sunt de preparatione ipsius gratia, non autem de ejus actuali collatione.

Argumentum 3^{ium} petitur à ratione. Nullus est peccator, qui non teneatur suo tempore sub gravi peccato se ad Deum per poenitentiam convertere. Atqui ad hanc conversionem necessario requiritur gratia saltem sufficiens. Ergo non est peccator, qui non habeat aliquando gratiam sufficientem, ut resipiscat à malo; quia alioquin ejus impenitentia ipsi nullatenus imputaretur ad peccatum.

Resp. 1^o. Hanc impenitentiam peccatoribus induratis merito imputari in peccatum, licet careant gratia sufficienti ad conversionem; quia, ut jam dictum, ipsorum culpa est, quod ea priventur; licetque solum consequentem ac voluntariam habent impotentiam se convertendi, non vero antecedentem ac necessariam.

Resp. 2^o. Hujusmodi homines adhuc libere peccare; quia possunt absolute non peccare, nempe per simplicem actus suspensionem seu non positionem.

Inst. contra; nam Resp. Ut quis inexorabiliter obligetur ad aliquem actum, debet esse intrinsicè potens ad illum eligendum. Atqui peccatores obdurati et excoecati inexorabiliter obligantur ad agendum poenitentiam. Ergo debent esse ab intrinsicè potentes ad poenitentiam de peccatis per principium et auxilium sufficientem intrinsicè in ipsis receptum.

Resp. neg. maj. Neque enim, ajunt, ut quis non peccet, necessario requiritur, ut possit per gratiam, qua sit præsens, bonum operari; quia ad libertatem non requiritur indifferentia contrarietatis seu specificationis, hoc est, ad bonum et malum; sed satis est ad libere peccandum indifferentia contradictionis, hoc est, ut intra idem genus boni aut mali hæc vel illa species boni aut mali possit eligi. Hæc autem indifferentia contradictionis reperitur in indurato gratia sufficiente destituto: ita enim hæc vel illam peccati speciem eligit, ut possit aliam eligere; sic v.g. tentationem, quæ ad luxuriam provocatur, potest superare motivo omnia gloria, p.

8. Col. p. 104. 199.

Propositio 4^{ta}.

Justis omnibus, instante præcepto, dantur gratia sufficientes ad implendum præceptum.

Propositio hæc defenditur ab omnibus Theologis Catholicis contra Jansenium et ejus sectatores. Præterquam vero eam quibusdam argumentis stabiliamus, opera pretium erit breviter exponere illius circa gratiam aberrationes.

1^o Itaque Jansenius non aliam nomine et re sufficientem gratiam admittit quam efficacem, et victoriam, qua, si victoria sit, voluntatis consensum indeclinabiliter et insuperabiliter semper exprimit, cui proinde nunquam resistitur. Vocamus, inquit, c. 1. lib. 3. de grat. Chr. sufficientem gratiam seu sufficientem adiutorium, proter quod nihil aliud ex parte Dei per modum principii necessarium est, ut homo velit aut operetur.

2^o Docet gratiam esse semper efficacem, licet semper victoria non sit. Delectatio, inquit lib. 3. c. 2. victoria, qua Augustinus est efficax adiutorium, relativa est; tunc enim est victoria, quando alteram superat; quod si contingat alteram adentis rem esse, in solis inefficacibus desideriis haerebit animus.

Unde gratia, quam Jansenius parvam appellat, quantum est ex se, efficax est; quia habet suum effectum, nisi resisteret opposita infirmitas. At certe si spectetur relative et comparate ad maiorem actualem concupiscentiam delectationem, plane insufficientis est; quia non habet satis visum ad illam superandam.

Hinc gratia parva Jansenii, in rei veritate loquendo, nulla est atque gratia nomine indigna, cum, prout ipsemet lib. 4. de grat. Chr. c. 10. fatetur, talis sit, ut ex ea operatio nequidem possit sequi, nisi ejus inefficacia per aliam suppleatur.

In hoc hinc totum eorum, quo cit. loc. ait, contestatum persequi: inquit Hinc claret, inquit, cur Augustinus omnem omnino gratiam pure sufficientem auferat. Ratio perspicua est; quia cum ei nulla sit gratia operandi proter istam suavitatem Dei, nisi ista tanta fuerit, ut ei delectationes rerum creaturarum cessarent, vel peccabitur, vel alternante delectationum fluctu, in medio remanebitur. Sin autem ista superaverit, jam sine dubio bene voluntas operabitur: quod enim amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est. Sed utrumlibet fiat, non erit sufficientis gratia, sed vel efficax, vel ita inefficax, ex qua operatio nequidem possit sequi, nisi ejus inefficacia per aliam suppleatur.

3^o Gratiam sufficientem, quam Thomista propugnant, dei det, ac gravis censura nota inquit. Non tantum hominibus inutilis est, inquit lib. 3. de grat. Chr. c. 2. sed et perniciose: gratia sufficientis Thomistarum: Et vero, quid homini misere perniciosius, quam illa gratia abundare, qua nemo unquam, fatentibus etiam Scholasticis, nisi majorem damnationem aspectus est. Attamen Jansenista, ubi rebus suis expedire arbitrantur, obtinent, se id ipsum profiteri ac docere, quod Thomista, ut sic aliena larva obtecti clabantur.

4^o Denique docet: aliqua Dei mandata justis volentibus atque conantibus secundum praesentes, quas habent, vires esse impossibilia, deesse quoque gratiam, qua possibilia fiant. Et haec est famosissima illa propositio in Jansenii lib. 3. de grat. Chr. c. 13. excerpta, et ab Euleria, prout hic jacet, proscripta. Sen-

P. A. p. 185.

his igitur et mens Jansenii est: Cum gratia parva Justis secundum praesentes, quas habent, vires, hoc est, relative et comparate ad praesentes eorum vires, quaedam praescripta esse impossibilia. Et contra vero Doctores Catholici unanimiter docent: Justis, urgente praescripto, conferri à Deo gratiam vere sufficientem, per quam relative ad eorum actuale et praesentem concupiscentiam possunt tentationes superare, ac praescripta servare. Quod sequentibus argumentis evincitur.

Argumentum 1^{um} sumitur ex S. Scriptura, ex multis quidem scripturis libris et locis, specialiter tamen 1. Cor. 10. Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Atqui tentarentur Justi supra id, quod possunt, nisi viribus parem actuali tentationi superanda gratiam haberent. Ergo p.

Resp. Jansenius, hunc textum de solis praedestinatiis quantum ad eorum finalem perseverantiam intelligendum esse. Sed in mentis sane; nam in eo textu nullum finalis tentationis vestigium apparet. Deinde Concilium Trid. Sess. 24. Can. 9. hunc textum ad omnes continentia voto obstrictos extendit.

Argumentum 2^{um} petitur ex eodem Concilio Trid. Sess. 6. de justif. c. 11. ubi sic loquitur: Nemo temeraria illa, et à Patribus prohibita voce uti debet: Dei praescripta homini justificato ad observandum esse impossibilia; nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet et facere, quod possis, et petere, quod non possis, et adjuvat, ut possis. Item Can. 18. ejusdem Sess. sic definit: Si quis dixerit Dei praescripta homini etiam justificato et sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia, Anathema sit.

Resp. Janseniani, hoc ad Jansenium nihil attinere, sed solum ad Sectariorum nostri aevi, quorum parstringitur error in hoc sitis, quod Justi in suis operibus, licet alioquin sanctis, semper, saltem venialiter peccent. Hinc Calvinus etiam cum gratia efficaci impossibilia Justis voluit esse mandata Dei, quia, inquit lib. 3. Inst. c. 18. n. 3. nihil ab homine exit, quantumvis perfectio, quod non sit aliqua macula inquinatum. Et ib. n. 4. Scriptura, inquit, doctrina est, aspersa esse perpetuis lorbibus multis bona opera nostra, quibus merito Deus offendatur, ac nobis succenseat. Loquitur ergo Concilium Trid. ad mentem Novatorum, eorumque duntaxat percellit errorem.

Sed contra est, quod Concilium Trid. duobus distinctis Canonibus duos Sectariorum errores perstringat et Anathemate feriat. Unum quidem cit. Can. 18. nempe impossibilia Justis esse mandata Dei. Alterum vero Can. 25. quod damnantur ii, qui dixerint Justos in omnibus operibus suis, piis licet ac sanctis, semper peccare. Verba Concilii haec sunt: Si quis dixerit, in quolibet bono opere Justum, saltem venialiter, peccare, Anathema sit. Hoc quidem posteriori Canone solum perstringuntur ii Novatores, adversus quos coactum erat Concilium: at Can. 18. et Cap. 11. citatis

18
57
5
Dammantur omnes ii, qui dixerint mandata Dei esse impossibilia; quem errorem jam à Patribus sub anathemate prohibutum fuisse aperit Concilium.

Argumentum 4^{to} nobis suppeditat S. Augustinus serm. in Psal. 7. Super illa verba: Justum auxilium meum à Domino. Ubi, Dicitur, inquit, officia medicina, unum, quò sanatur; alterum, quò sanitas custoditur. Justa illud primum, dictum est in superiori Psalmo: Misere mei Domine, quoniam infirmus sum: justa hoc alterum, in hoc Psalmo dicitur: Si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuendis mihi mala, decedam ergo ab inimicis meis inanis. Ibi infirmus, ut liberetur, hic jam sanus, ne corruptatur, orat.... Itaque ibi misericors auxilium est, quia nullum habet meritum peccator, qui adhuc justificari desiderat, credens in eum, qui justificat impium: hic autem justum est, quod jam justo tribuitur.

286. Resp. Jansenista 1^o S. Doctorem duntaxat ibi locutum fuisse de Justis prædestinatis. 2^o Si tamen de omnibus Justis sit intelligendus, eà solùm ratione, ut orat, prout innuitur his verbis: Hic jam sanus, ne corruptatur, orat.

Sed contra 1^{am} resp. est; quia ex contentu liquet S. Doctorem de omnibus Justis locutum fuisse. Ibi enim exhortatur fideles sibi subditos, ut in Dei auxilio spem ac fiduciam suam reponant, quod non solum prædestinati, sed omnes Christi fideles prestare timentur. Contra 2^{am} resp. est 1^o quia nisi concedatur saltem gratia orationis verè sufficiens, non censetur Deus adjuvare Justos, ut non peccent et in bono perseverent; videtur enim Deus aliter nosse dispensare bona sua, nisi adminiculo orationis. Unde Christus ipse nos admonet: Vigilate et orate, ne intretis in tentationem. Item Apostolus: Sine intermissione orate. Contra est 2^o quia oratio, de qua hic loquitur S. Augustinus, non est pro gratiâ sufficienti, sed solum efficaci obtinenda: orat igitur Justus, ne corruptatur, id est, ut in bono perseveret, non verò ut possit perseverare. Homo, inquit idem S. Augustinus lib. de corr. et grat. c. 7. in eo, quod audieras ac temeras, in eo perseverares si velles. At usu receptum est, ut, qui dicuntur aliquid facturi, si velent, intelligantur habere sufficientem potentiam ad illud faciendum.

Merito igitur Innocentius X. et Alexander VII. Solemnibus et ab universâ Ecclesiâ receptis Constitutionibus hæc inter quinque famosas Jansenii propositiones primam gravi censura notaverunt: Aliqua Dei præcepta hominibus Justis volentibus et conantibus secundum præsentem, quas habent, vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia, quâ possibilia fiunt, scilicet sufficienti.

Objicit Jansenius nonnulla S. Augustini testimonia, quibus significat Justos aliquando ex præsentem gratiâ non posse certa

quodam mandata observare. Lib. de perfectione justitia c. 3.
Calceis contententi precepta debere esse possibilis, respondet ann.
6. S. Augustinus: Consultissimè homini præcipi, ut rectis passibus
ambulet, ut cum se non posse perspexerit, medicinam requirat.
Tract. 4. in Joan. num. 9. De volentibus adimplere mandata ait:
Surge et ambula, fortè conaris ambulare et non potes, quia do-
lent pedes. Lib. de grat. et lib. arb. c. 17. n. 33. Qui ergo vult,
inquit, facere Dei mandatum, et non potest, jam quidem habet
voluntatem bonam, sed adhuc parvam et invalidam, poterit
autem, cum magnam habuerit et robustam. Rom.
97. de diversis. c. 4. dicit: Voluntus o Domine! voluntus et non
possumus.

Resp. Ex his hoc unicum concludi potest, scilicet Justos inter-
dum non habere auxilium proximè sufficiens ad observanda Dei
mandata, non tamen quòd non habeant remotè sufficiens,
scilicet quò per orationem uberius impetrare Dei auxilium
valeant, quatenus eo roborati ea mandata observare proxi-
mè possint: Siquidem S. Augustinus hanc orandi gratiam
et facultatem Justis semper adesse saltem pro loco et tempore
passim fatetur, præsertim lib. de nat. et grat. c. 43. ubi, Deus, in-
quit, impossibilia non jubet, sed jubendo admonet, et facere quòd
possis, et petere quòd non possis. Item c. 19. Similiter, in-
quit, credere Deum justum et bonum impossibilia non potuisse
præcipere; hinc admonemur, et in facilibus quòd agamus, et
in difficilibus quòd petamus.

Just. 1^o. Libertas non potest stare cum potentia remotà ad agen-
dum, alioquin homo ligatus liber esset ad ambulandum. Atqui
gratia sufficiens remotà facit potentiam remotè tantum poten-
tem ad agendum, et non proximè expeditam. Ergo per tale au-
xilium sufficiens non salvatur libertas.

3. Col.
p. 187
Resp. Dist. maj. Libertas non potest stare cum potentia remo-
tà ad agendum, si in hominis potestate non sit eam facere proxi-
mam, conce. Deus, neg. maj. Hinc, si homo ligatus pro omni instan-
ti se ipsum posset solvere, deberet potius dici liber quàm non li-
ber.

Just. 2^o. S. Augustinus lib. 1. ad Simpl. docet, etiam interdum
Justis denegari gratiam orationis. Ergo falsum est, quòd gratia
orationis semper præstò sit. In verba S. Augustini: Nonne ali-
quando ipsa oratio nostra sic tepida est, vel potius frigida et pene
nulla, ut neque hoc in nobis cum dolore advertamus.... quòd ergo
aliud ostenditur nobis, nisi quòd et petere, et querere, et pulsare
ille concedit, qui, ut hæc faciamus, jubet.

Resp. Justis aliquando non conceditur gratia orationis, perquam
re ipsa, prout oportet, orant, conce. gratia proximè sufficiens, per
quam orare, prout oportet, possint, neg. Itaque Justis, quoniam
et impiis, non carent iis motibus ad Deum invocandum et orandum
invitantibus, juxta illud Rom. 1. Quæ nota sunt Dei manifesta

Sunt illis, propter quod inexorabiles sunt, quia Deum non sicut Deum glorificaverunt, id est, non ad eum ut bene vivendi autorem orando confugerunt.

Uoz. Ex S. Augustino Ep. 107. ad Vitalem ita differente, Suumus gratiam ad singulos actus non omnibus dari. Ergo neque ad orationem.

Resp. Eum loqui de gratia efficaci, non sufficiente.

Inst. S. Augustinus lib. de corp. et grat. c. 11. expressis verbis affirmat de auxilio sine quo seu sufficienti illud non omnibus dari, Nunc autem, inquit, quibus daret tale adiutorium, iam poena peccati est; quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum.

Resp. S. Augustinum hic non loqui de auxilio ad vitandum hic et nunc peccatum, sed potius ad omnia peccata diu vitanda, quale habuit Adam et Angelus. Illud autem non habet peccator, ut potest qui caret gratia sanctificante, sine qua vitari non possunt omnia omnino peccata mortalia: imo nec Iusti, de quibus solum hic loquimur, tam plenum habent huiusmodi auxilium, ut omnia collectivè vitare queant peccata venialia saltem. Deinde per adiutorium hic intelligit S. Doctor gratiam habituales, prout docet Bebbaninus c. 8. de grat. et lib. arb. lib. 2. tit. c.

Ceterum ad solvendas objectiones, quae adhuc contra hanc propositionem adduci possent, notandum est, quod S. Scriptura, et SS. Patres, quando dicunt, quod homines non possunt converti, non habeant gratiam, s. intelligendi sunt vel de auxilio efficaci, vel de sufficiente immediate, non tamen mediate; vel de potentia consequente, non tamen antecedente; vel in sensu composito seu reduplicativo, non tamen absoluto; vel pro omni momento, non tamen pro suo loco et tempore; vel comparativè, quia uni uberior datur gratia quam alteri, non tamen absolute; vel tandem de gravi difficultate, non tamen de impossibilitate. Hinc igitur satis constat de veritate huius quarta propositionis; modo iuvat expendere argumenta, quibus impugari solent alia priores propositiones.

§. III.

201.

Proponuntur ac solvuntur argumenta negantium Deum omnibus largiri auxilia sufficientia ad salutem.

Quo ordine proposita sunt argumenta, quibus propugnatur gratiam sufficientem omnibus hominibus concessam esse ad salutem, eo ordine necesse est argumenta, quibus huiusmodi sententia impugnatur, proferre additis eorundem solutionibus.

Contra primam propositionem igitur istud conficitur argumentum. Nihil proorsus prater Baptismum in nova lege sufficiens est ad salutem parvulorum. Atqui multi parvuli eo privantur. Ergo multi parvuli non habent gratiam sufficientem.

4. Col. p. 188.

Resp. dist. min. Multi parvuli coprivantur, ita tamen, ut illis
de eius applicatione sufficienter provisum fuerit, conc. Scius, neg.
min.

Inst. 1^o. Illis sufficienter de applicatione Baptismi Deus suffi-
cienter non providit, quibus absque ulla parentum culpa, so-
lo Deo volente, nullis pacto potest applicari. Atqui multi
sunt infantes, quibus taliter hoc remedium salutis non potest
applicari. Ergo p. Prob. min. S. Augustinus lib. de Dono per-
sev. c. 12. n. 31. plerumque ait, Instinantibus parentibus, et
paratis ministris, ut Baptismus parvulo datur, Deo
tamen volente, non datur, qui eum parvulum in hac vita non
tenuit, ut daretur.

Resp. dist. maj. Inibus Deo volente non potest applicari Bap-
tismus voluntate Dei absoluta et consequente naturalem
causarum secundarum dispositionem, quam Deus tanquam
provisor generalis inturbare non tenetur, conc. Voluntas
Dei conditionata et antecedente, neg. maj. Voluntas Dei antee-
dens est conditionata; unde circa salutem infantum supponit aut
diligentiam parentum, aut certam quamdam causarum disposi-
tionem, qua mortem infanti prius non inferat, quam per Bap-
tismum ipsi possit subveniri. Quod si igitur hoc defecerit, Deus
voluntate consequente non vult eum baptizari, tamen vo-
luntate generali et antecedente sufficienter provident et de re-
medio et de applicatione Baptismi.

Inst. 2^o. Qui eum naturae cursum instituit, per quem prius in-
fans moritur, quam ad Baptismum, adhibita etiam omni
diligentia, pervenire possit, ille non censetur sufficienter provi-
disse de applicatione remedii salutis. Atqui Deus eum naturae
cursum p. instituit. Ergo p.

Resp. dist. maj. Si directa, expressa, et speciali voluntate eum
naturae cursum idcirco instituit, ut, eo exigente, prius moria-
tur infans, quam possit baptizari, conc. Si tanquam provisor ge-
neralis eum naturae cursum instituit ac permittit, in quo ne-
cesse est prius infantem mori, quam baptizari, neg. maj. For-
ro Deus rerum omnium provisor est generalis, ac singulis ita de-
bet prospicere et consulere, ut nulli beneficiat dispendio ac dan-
no alterius: cum igitur, secundum nostrum concipiendi mo-
dum, Deus prius certum quendam causarum secundarum ordi-
nem ac cursum instituerit, quam de remediis infantium quid-
quam statuerit, ideo sequitur, quod, si infans in tali rerum cur-
su versetur, qui eum vitam privet priusquam ad Baptismum
pertingat, minime in directam Dei voluntatem referri de-
beat, quod salutis remedium haud assequatur, sed potius directe
ad causas secundas, quarum ordinem Deus inturbare non vult
nec tenetur. Ceterum fatendum est, inquit, quod in-
fantes in utero materno decedant, id ordinarie parentum
culpa adscribatur. Unde videmus fideles quorum soboles

sine Baptismo perirent, id semper referre ad aliquam suam culpam.

Contra 2^{am} propositionem Argumentum 2^{um} sumitur 202.
ex illis Joan. 12. ubi de Judais dicitur: Propterea non poterant
credere, quia iterum dixit Isaias, exciecit oculos eorum, et indu-
xit cor eorum, ut non videant oculis et convertantur. Ergo p.

68.
p. 189
Cleps. S. Joannes hic loquitur de potentia consequente, seu de
potentia simultatis, non de potentia antecedente, aut de li-
multate potentia, ut patet ex contentu. Itaque non poterant
credere potentia antecedente neg. potentia consequente, con.
Non poterant credere, ait S. Augustinus tract. 53. in Joan. non
quia mutari in melius homines non possunt, sed quamdiu ta-
lia sapiunt, non possunt credere, scilicet potentia consequen-
te, seu in sensu composito.

Argumentum 2^{um} petitur ab auctoritate S. Augustini; nam,
ut constat, gratia sufficiens est vera gratia Christi. Atqui
S. Augustinus serm. 154. de verb. Apost. c. ii. n. 16. negat grati-
am Dei per Jesum Christum Paganis dari: Paganis enim in-
quit, qui non habent gratiam Dei per Jesum Christum,
non morientur. Ergo p.

Resp. dist. min. Paganis non habent gratiam Christi ali-
quam, scilicet eam, qua pertinet ad resurrectionem vite
aeternae, de qua hic loquitur S. Augustinus, con. nullam
habent gratiam Christi, qua, saltem remote ac mediate
possint ad Christum converti, neg. min. p.

Just. S. Augustinus lib. de corp. et grat. c. 6. et 7. Infideli-
um, qui de Christo nihil prorsus audierunt, hac una duntaxat
ratione querimonias eorum reprimit, scilicet quod in Adamo pec-
caverint. atqui si tenuisset Infidelibus gratiam sufficientem da-
ri ad salutem, tunc utique de ea non sibi ipse, sic enim ipsis oculis ipse.

Resp. Inquam ibi S. Augustinus non meminere gratia actua-
lis, quia solum peccatum originale obijciendo sufficienter querimo-
nias eorum coerebat, non tamen sequitur, quod alibi illius men-
tionem non fecerit; nam loquens de Cornelio infideli lib. de pro-
dest. 55. Quidquid igitur, inquit, et antequam in Christum crede-
ret.... bene operatus est Cornelius, totum Deo dandum est. Item
lib. 3. de lib. arb. c. 19. ait: Nulli homini ablatum est scire, utili-
ter quare, quod inutiliter ignorat. Ergo juxta S. Augustinum
omni homini adulto et rationis compoti datur auxilium aliquod
gratia divina in ordine ad quaerendam suam salutem.

Argumentum 3^{ium} petitur a ratione. His non datur gratia
sufficiens ad salutem, quibus non datur gratia sufficiens ad fidem ha-
bendam. Atqui Infidelibus non datur gratia sufficiens ad habendam
fidem, scilicet illis, qui nihil unquam de Evangelio audierunt. Ergo
p. Maj. est certa, quia sine fide impossibilia est placere Deo.
Prob. min. Si Infidelibus illis daretur gratia sufficiens ad habendam
fidem, tunc Infideli isti rei essent, quod non crederent, et sic non

darentur Infideles negativi; qui enim non servant preceptum, quod
servare possunt, rei sunt. Atque Infideles, de quibus hic agitur, rei
non sunt, quod non credant, propter suam invincibilem ignorantiam.
Ergo p.

Resp. ad 1^{um} Dist. min. Non datur proximè gratia sufficiens, quæ
credere possunt, con. Non datur remotè, neg. min. Nihil enim est
adulterius, cui penitus subtrahatur auxilium sufficiens ad sequen-
dum ductum rationis, quem si sequeretur, procul dubio etiam per-
veniret ad agnitionem fidei, prout docet S. Thomas.

Resp. ad 2^{um} Dist. Reg. seq. maj. Licet enim peccent non sequendo
ductum rationis, non tamen peccant in eo, quod fidei non præbeant
oppositum, quia hæc illis non est manifestata.

Neque dicas hanc ignorantiam esse voluntariam in causâ, proin-
deque culpabilem, nam

Contra est, quod solum id sit volitum in causâ, quod cognoscitur,
aut cognosci potuisset sequi ex causâ. Atque ibi homines mi-
nimè cognoscere possunt privandos eos illuminatione fidei, nisi
sequantur ductum rationis. Ergo p.

Dices. Sequi ductum rationis est se convertere ad Deum. Atque
id non potest fieri sine gratiâ à fide dimanante, quia fides
est prima gratia seu omnis gratiæ initium. Ergo tales resistunt
gratiæ fidei, ac consequenter sunt Infideles positivi.

Resp. 1^o. Fidem esse initium gratiæ, quæ sit ordinis superna-
turalis, non tamen ordinis naturalis. Unde proscripta hæc
iste Invenit propositiones: Nulla datur gratia nisi per
fidem. Fides est prima gratia et fons omnium aliarum.

Resp. 2^o. Reg. quod fides sit omnium gratiarum prima; dan-
tur enim quædam prævia ad fidem dispositiones, quæ procul
dubio sunt à gratiâ, quæ tamen non sunt ipsa fides, ut pro-
tè ad quam ducunt et præparant.

Resp. 3^o. Dist. ult. cons. Sunt Infideles etiam positivi, si re-
sisterent donæ fidei perfectæ seu in concretò sumtæ, con. Si tan-
tùm resisterent fidei inchoatæ, implicitæ, et secundum id, quod
importatur in obliquè, neg. cons. Sciendum itaque est,
quod, cum S. Augustinus dicit, fidem esse initium gratiæ, intelli-
gi debeat de fide in concretò sumtæ, seu secundum id, quod dicit in
recto et obliquè, prout scilicet est aggregatum quoddam ex ipso
donæ fidei et auctoris necnon mediis ad hoc conducentibus, ex quo
patet, quod, cum sequi ductum rationis conducat ad ipsum donum
fidei, in quantum nimirum remouentur impedimenta, ille, qui
ductum rationis ita sequitur, et ad Deum se convertit, jam ha-
beat gratiam fidei inchoatæ, seu ipsam fidem inchoatam, et se-
cundum id, quod importatur in obliquè; quod si verò ad Deum
se non convertat, resistit quidem huic inchoatæ fidei, sed prop-
terea non est positivè Infidelis, quia non etiam resistit fidei
secundum id, quod ipsa dicit in recto.

Iust. S. Augustinus lib. de prædest. Sanct. c. 8. aperit fidem in-
choatam et perfectam esse donum Dei, quod quibusdam datur,
quibusdam autem non datur. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Fides inchoatæ quibusdam non datur quoad

6. Col.
p. 190

atum efficaciter, quia non omnes illa gratia bene utuntur, conc. quo-
ad posse, neg. ant. p.

Contra istam propositionem Argumentum innum petitur ex 203.
varis S. Scripturae locis, ut Exod. 9. Isai. 6. Matth. 13. que inveniunt
homines a Deo excoicari et indurari. Atqui excoicari et indurari
nihil aliud est, quam deseri ac deserti a Deo, ut a Sathana superen-
tur, prout exponit S. Chrysostomus. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Excoicantur, p. ita, ut multis tempore Deus ad cor eo-
rum pro sua benignitate pulset, neg. Ita, ut quandoque eos visitet,
trans. maj. Tunc autem eos visitare et ad cor eorum pulsare volu-
mus, quando sine conversione peccatum vitare non valent.

Just. 1. In S. Scriptura quidam dicuntur a Deo derelicti, odio ha-
biti, rejecti, antequam quippiam boni vel mali egerint, ut dicitur
de Esau Rom. 9. Ergo Deus illis non tribuit auxilia sufficientia p.

Resp. Neg. cons. vel Dist. Non tribuit auxilia sufficientia in sensu
absoluto, neg. Comparativè, quia minus eos, quam alios, illuminat
et excitat, conc. cons.

Just 2. Ecles. 7. dicitur: Considera opera Dei, quod nemo possit cor-
rigere, quem ille despexit. proinde inveniuntur quidam ita des-
eri, ut converti nequeant. Unde Iridorus ait: Nonnulli ita des-
piciuntur a Deo, ut deplorare mala sua non possint, etiamsi ve-
liant. Ergo p.

60. 191. Resp. Dist. ant. Nemo potest corrigere, hoc est, difficili corrigun-
tur, ut ait, Euleriastes, Reversi difficile corriguntur, conc. qua-
si prois impossibile, neg. ant. Quando autem S. Iridorus dicit
etiamsi velint, hoc non est intelligendum de voluntate efficaci,
sed tantum de quadam velleitate; et sic non possunt deplorare
peccata potentia consequente, bene tamen antecedente. Vol-
vult auxilium ~~etiam~~ sufficientis proximum non semper presto
esse; non tamen negat, quin remotum saltem presto sit.

Argumentum 2. dum sumitur ab auctoritate S. Augustini plu-
ribus in locis. Ep. 194. ait, Deum indurare non quidem impietate
malitiam, sed non impietate misericordiam. Ergo in eo posita
est induratio, ut omni ab induratio gratia retrahatur: Si enim
uberiorem tantum ac specialem gratiam retraheret, nihil
esset discriminis inter Iustum, quem Deus occulto sed iusto
iudicio uberiori gratia interduum privat. Item lib. de nat.
et grat. c. 32. Nec cogitat, inquit, prevariatorem legis quam
digne lux deserat veritatis, qua desertus utique fit caecus, et
plus necesse est offendat, et cadendo vexatur, et vexatus non
lurgat, ut ideo tantum audiat vocem legis, quo admoceatur
implorare gratiam Salvatoris. Item lib. i. Retrahit. c. 18.

Qui, ait, cogenti cupiditati bona voluntate resistere non po-
test, inquam horum peccatum est, ut sit etiam poena peccati.
Quod si aliqui cogenti cupiditati resistere non possunt, certe non
habent auxilium sufficientis ad non peccandum. Denique lib.

De perfect. justitia c. 19. equivocatum appellat Desertum omni be-
mina veritatis.

Resp. Haec testimonia intelligenda esse vel de impotentia, qua
est voluntaria, et consequens, vel solum de subtractione ubi-
rioris auxilii ac proxima sufficientis; non vero de impoten-
tia antecedente, vel subtractione auxilii saltem remote
sufficientis.

204.

§. IV.

Verior Sententia eligitur.

Prima Sententia, qua docet nemini deesse auxilium sufficientes ad
salutem, sicuti divina bonitati magis congruit, sicut veritati. Unde
communior est inter Theologos, ac proinde eam merito posteriori pra-
ferimus; opera proinde potius estimamus, quae magis ipsa stabilia-
tur, ea, quae ad illius argumenta respondent Adversarii, hic refutare.

Itaque contra; nam Responsionem ad Argumentum; nam
§. 2. propositum est, quia ibi quartio non est De gratia sufficiente
propria, quae scilicet iuxta communioem sita est in illustratio-
ne intellectus, ac piis voluntatis motionibus saltem causaliter;
evidens namque est, infantes hisce donis incapaces esse, neque
hoc unquam intendebatur per propositionem; nam: Sed de
gratia sufficiente improprie dicta duntaxat, quae nimirum in
quodam medio seu remedio, quod infantibus sufficere potest ad salu-
tem, consistit.

Responsio 2. da autem non modo est contra communissimam Docto-
rum Sententiam, sed etiam auctoritati S. Thomae directè adver-
satur: hic enim S. Doctor q. 23. de verit. a. 3. docet voluntatem
antecedentem, quae s. g. Deus vult omnes salvos fieri, esse vo-
luntatem beneplaciti. Cum igitur hujusmodi voluntas sta-
qui saltem in hoc consistat, quod Deus, quantum est ex se, suffi-
enter provideat infantibus de mediis ad salutem convenientibus.

8. Col. p. 192

Verum, quod omnis tollatur, equivocatio, advertendum, quod,
quando quaeritur, an Deus omnibus parvulis largiatur media suffi-
cientia ad salutem, verbum largiri dupliciter sumi possit: 1.º
ut intrinsecam receptionem et applicationem actualem au-
xiliorum divinorum denotat. 2.º. Quatenus idem significat
ac preparare et, quantum ex parte Dei est, de eorum applica-
tione providere. Et hanc 2. dam acceptionem duntaxat huius
ratione facile ad invicem conciliari possunt opposita Sententia;

Unde Responsio ad Argumentum 2. dum data falso laborat sup-
posito; non enim dicimus infantes in utero matris morientes
hujusmodi mediis provisum fuisse, non modo in communi tantum,
sed etiam in particulari; Deus quippe non solum pro omnibus
hominibus in communi mortuus est, sed etiam pro omnibus in par-
ticulari, seu pro singulis; ac proinde non solum in communi pra-

61
parat omnibus auxilia sufficientia ad salutem, verum etiam in
particulari singulis, quantum in se est, de iis providit. Cate-
chismus Romanus, sicut et Concilium Trid. videntur lo-
qui de donis et auxiliis efficacibus, non vero de sufficientibus.

Quoniam ad responsionem ad Argumentum 3^{um} ejusdem; ma-
jorem propositio datam, fatendum, his verbis S. Prosperum intelli-
gi posse de iis infantibus loqui, quibus per collationem Baptismi
subveniri poterat. Verum si ad mentem hujus S. Doctoris et ad ejus
doctrinam veram attendatur, perspicuum fit, eum neminem pro-
prie ab illa antecedente Dei pro salute omnium voluntate exclusum
velle.

Contra responsionem ad Argumentum 1^{um} propositio 2^a 205.
et quidem ad 1^{um} S. Scripturae textum dicimus, non tantum ad-
mitti debere lumen fidei, sed etiam lumen gratiae. Itaque
licet infideles lumine fidei careant, non tamen obstat, quin à Deo
lumine quodam gratiae donentur, quo si bene uterentur, etiam fi-
dei lumen consequerentur. Quomodo illuminat, inquit S. Chry-
ostomus hom. 4. in Joan. omnem hominem venientem in hunc
mundum? illuminat profecto, quantum in ipso est. Si qui autem
sponte sua mentis oculis conniventibus ad hujus huius radios ai-
em dirigere nolunt, non ex luminis natura in tenebris persis-
tunt, sed ex malitia.

Secundus autem S. Scripturae locus vix aliter potest exponi, quam
ut exponit S. Prosper lib. 2. de vocat. gent. ut videlicet intelliga-
mus Deum Salvatorem esse omnium, quia dat omnibus, unde sal-
vari possint; sed maxime fidelium, quia dat illis non solum ut
salvari possint, sed etiam ut actu salventur. Elaboratum est,
inquit, quantum Dominus adjuvit, ut non solum in novissimis
diebus, sed etiam in annis retro saeculis probaretur gratiam
Dei omnibus hominibus adfuisse. Et rationem ex Apostolo aspi-
rans subjungit: Dicendo enim, quod est Salvator omnium ho-
minum, confirmavit bonitatem Dei super universos homines
esse generalem; adjuvendo autem Maxime Fidelium, osten-
dit esse partem generis humani, quae merito fidei divinitus inspi-
rate ad summam aeternamque salutem specialibus beneficiis pro-
vehatur. In his verbis perspicuum est, Deum Infidelibus non
solum preparare auxilia, prout obtendit responsio, sed etiam
ea ipsis actu conferre, ita ut non sit, qui se abscondat à calo-
re ejus. Psal. 18. Super qua verba sic loquitur S. Augustinus
in hunc loc. Nudum mortalium permisit excusare se de um-
brâ mortis, ipsam enim penetravit Verbi calor.

B. p. 193
Contra responsionem ad Argumentum 2^{um} est; 1^o Quia
illa verba, Gratia mihi deest, ostendunt, quod Deus non in
communem solum preparat auxilia dando hominibus, nisi ini-
quitas eorum obisteret; sed etiam cuilibet in particulari de iis
sufficienter provideat; quia gratia preparata quidem, sed tamen
non collata merito deesse dicitur; sed Deus sua gratia mihi deest. p.

2^o. Deus deficeret ab agendo id, quod est necessarium ad salutem, si tantum prepararet auxilia, ea vero non conferret: quidem enim est magis necessarium ad salutem, quam gratiarum collatio & nunquam poterit homo Dei precepta observare, licet ei non conferantur auxilia, dummodo in Deo parata habeat: at, ut ait S. Thomas, Deus non deficit ab agendo, quod est necessarium ad salutem. Ergo non tantum preparat, sed etiam dat omnibus auxilia ad salutem necessaria.

Quoad responsiones vero Argumento 3^{io} abjectas, ea non videntur sufficientes. Non quidem 1^a; quia eodem proors modo cadit censura supra Paganos, sicut supra Haereticos. Non 2^a, quia longe probabilius est ibi mentionem fieri de Pagano, quidem Iudei veritatibus nihil unquam audierunt.

Contra responsionem ad Argumentum 4^{um} dicit Bebbasmius lib. 2. de grat. et lib. arb. c. 7. eam non esse solidam; quia peccatum intrinsece requirit liberam voluntatem; nec potest intelligi, quomodo aliquid sit proprie peccatum, si non sit proprie liberum: proinde actio, quae non est libera in se sed solum in sua causa, nec est autem prava non habet malitiam distinctam à malitia sua causa.

Nec valet exemplum hominis ebrii ab adversariis adductum, qui inquit non desinit esse reus homicidii quod committit, licet pro tunc et ex eo, quod sit expertus usus rationis, impotens sit aliud faciendi; quia licet in hunc impotentiae et ebrietatis statum liberè se coniecit. Et hoc exemplo uti ajunt S. Thomam lib. 3. cont. gent. c. 160.

Nam contra est 1^o quod peccatum adeo voluntarium sit, ut si voluntarium non sit, peccatum haud sit; voluntarium autem non potest esse absque cognitione. Ergo ut ejusmodi homo reus sit homicidii, oportet, ut proprio adverteret se solvere in ebrietate perpetrare homicidia; et hanc cognitionem supponit S. Thomas cit. loc.

Contra est 2^o. Quod S. Augustinus disputans de incestu Loth cum suis filiabus, qui non fuit voluntarius nisi in causa, id est, ebrietate, dicit eum incestum non fuisse puniendum, quantum merebatur incestus, sed quantum merebatur ebrietas; quia videlicet non fuit peccatum distinctum à causa.

At, inquit, peccata Infidelium et Fidelium, qui associati sunt et obdurati, non sunt solum peccata in causa, sed etiam in se, et distincta à sua causa, quamvis impotentia resistendi tentationibus orta sit ex peccato originali, vel potius ex peccatis actualibus.

Contra est quod dicit S. Augustinus lib. 3. de lib. arb. c. 18. licet illa sola vera ac proprie dici peccata, quae per liberum arbitrium vitari possunt: Supposito saltam divino gratis adminiculo. Item, Nemo peccat in eo, quod vitare non potest. Et certe aliquis peccaret filius contra pietatem patris, qui v. g. propter homici-

Vicum in carcere detentus, certior factus de gravi patris sui necessitate, ei non subveniatur.

Responsio ad Argumentum; unum 3^{ta} propositionis ex mox dictis non subsistit. Proterea licet Deus ex iustitia nulli gratiam debeat, attamen ex fidelitate ac preceptorum impositione gratiam sufficientem largiri verissimiliter tenetur; precipit enim Deus peccatoribus, ut pie vivant, permittit eorum piis operibus vitam aeternam. Legibus largiri debet gratias sufficientes, ut pia opera exercere valeant. Unde bene S. Leo Leon. de pass. Dom. Iuste, inquit, iustat precepto qui praevenit auxilio.

2. Cf. p. 194

Quamquam vero illud Brov. i. Vocari et veniatis, p. possit explicari de gratia exteriori, non tamen illud Apoc. 5. Eua ste ad ostium, et pulso, quo non modo gratia interior sufficienter denotatur, sed etiam eius presentia probatur, utique tempore tentationis; tum enim vel maxima est necessaria: imo etiam interdum tempore obdurationis; tunc enim obdurationis propriis tangit illa admonitio Eccl. 5. Ne tardes converti ad Dominum. quae cum sit sincera, supponit potentiam sufficienter instauratam ad conversionem. Et certe alioquin daretur quidam via status, in quo quis peccata non posset, ac de eius salute esset desperandum, quod profecto pugnat non solum contra communem opinionem, sed etiam ipsi viatorum statui adversatur, ut bene docet Alvarez lib. ii. de auxiliis Diss. 112. Item Medina 1. 2. q. 109. a. 10. Imo ipse S. Thomas in ipsum manifeste videtur innuere 3. p. q. 86. a. 1. in 8. his verbis: Dicere, quod aliquod peccatum sit in hac vita, de quo quis peccata non possit, erroneum est.

Et his facile eliduntur Responsiones ad ambo Concilia Colonense scilicet ac denonense. Equidem fieri provincialia duntaxat, fatendum tamen ea magna auctoritatis esse, nec eis a quoquam, nisi in periculo erroris contraveniri posse. Proterea libenter admittimus, quod verba Concilii Senonensis explanatione indigeant, nec non intelligi debeant de quolibet momento, in quo subsistat urgeat tentatio, vel instat alienius precepti, praesertim supernaturalis, obligatio; ac dicere cum Gonetio, quod etiam possint intelligi de preparatione gratiae, non autem de actuali eius collatione, hoc adeo alienum est a mente Concilii, ut non sit, qui legat, et non intelligat.

Contra Responsionem; nam ad Argumentum 3^{ti} et ultimum est, quia exinde solum inferri potest induratis imposnam precedentium peccatorum certam quibus uberioris gratiae mensuram denegari, ac non omnem penitus interioris auxilii influxum, sicut iam supra demonstravimus. Contra 2^{dam} autem est, quia indubitatum est, hominem induratum libere peccare, nec non posse suspendere actionem pravam, et eam non elidere; ac non nisi adminiculo gratiae, dum gravis urgeat tentatio.

Denique contra Responsionem ad Inst. est 1^o quia etsi libertas contrarietatis non sit de essentiali libertatis ratione; attamen facultas illa, qua voluntas flecti potest ad actus oppositos, scilicet bonum ac malum, est certe de ratione hominis in statu

vix adhuc constituti. 2^o. quia, cum uiget preceptum ad aliquid omit-
tendum vel faciendum, necesse est, facultatem expeditam esse ad ac-
tum rectum, quem intendit preceptum; sed id fieri nequit sine auxi-
lio gratia.

207
3. Col. p. 195.

Exercitatio XII.

De Gratia efficaci.

(Ad Cap. 4. Sect. 3. Tract. 4. Tom. 2. Theol. Univ. n. 230. et seq.)

Auxilium efficax, ut Exercitatione precedenti adnotauimus, dicitur id, quod habet infalibilem connexionem cum consensu, de quo quidem post prohibitionem Sedis Apostolicæ non videtur esse profecto agere licitum esse. At Philippus à SS. Trinitate Carmelita eualeatus Tom. 2. suo Theologia dicit, hanc prohibitionem jam expirasse, modo à censuris abstinetur, usque se didicisse Roma, et in Gallia à uiris doctis et religionis, quos Rati de re consuluit; cuius, inquit, iudicium esto, quod à probatissimis ac piissimis Auctoribus plures tractatus de hac materia, permittente Summo Pontifice, iam prodierint in lucem. Horum igitur vestigijs insistentes pauca huius de Gratia efficaci disserere animus est. Præcipuus autem huius Exercitationis cardo in hoc vertitur, utrum scilicet gratia datur ex natura et ab intrinseco efficax, et an consistat in quadam Supernaturali motione physice prædeterminante; necne? Quod priusquam expendatur, quadam alia circa gratiam efficacem præmittenda veniunt.

208.

§. I.

Quædam circa motionem gratia efficaci præmittuntur. Hunc §. claritatis gratia in varias dividere Sectiones placet. Sectio I.

Utrum Gratia sit efficax ex voluntatis consensu.

Not. Sententia, quæ docet efficaciam gratia petendam esse ex consensu voluntatis create est eorum Theologorum, quos Molinistas, seu Molina Sutores vocant, quorum principia sunt ista; nam gratiam efficacem nihil ex parte Dei aut sui continere, quod pariter alia gratia, quæ sufficiens dicitur, non contineat. Unde quod gratia dicatur efficax, id à solo nostro consensu provenire; quod verò sit inefficax seu merè sufficiens, ex solo dispensu; quippe, ut ajunt, Deus statuit æquali voluntate omnibus providere mediâ sufficientia, quibus pro lubitu possunt bene vel male uti. Verum hanc sententiam à Societate Jesu proscripsit ipsius generalis Propositus Aquaviva. 2^{um} Deum per gratiam prævenientem non movere physice voluntatem creatam, sed tantum moraliter, scilicet suadendo ad operandum. 3^{um} Deum non magis ad bonum usum gratia prævenientis determinare voluntatem, quam ad malum usum, urgente tentatione.

Conclusio. Gratia non est efficax ab æventu, hoc est, dependenter à consensu voluntatis create, quia scilicet sortitur suum effectum per humanam voluntatis cooperationem.